

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput III

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT III.

DE IGNE FATUO,
Helena, Castore, Polluce.

Circa sepulchra & patibula, ignis degit fatuus. Viscosa enim & pingui exhalatione, tanquam parente gaudet. Nocturni aëris *ἄντιπερὶσσοῦ* accenditur, & ad motum aëris variis cietur agitationibus. Accedentes viatores fugere videtur, recedentes sequi. Causa in aëre est. Propellitur in cursu, propellit & istos, in fuga sequitur, comitantur & ipsi. Hinc viatorum saepe pericula. Fagorum dum esse existimant lumina in paludes conjiciuntur. Tria sequentia in mari apparere solent: *Graves sunt*, inquit *Plinius l. 2. c. 37: ha stolla, si solitaria venire, merguntque navigia, & si in carina ima deciderint, exurentes. Gemina autem salutaris, & prosperi cursus praeannuncia, quarum adventum fugare illam diram ac minacem Helenam ferunt.* Ob id Polluci & Castori istud numen assignant, eos in mari invocant, navibus tanquam duces tutelares assignant. *Altor. 28. cap. 11. De Helenæ sydere: sic Cardanus lib. 2. de subtil. Eiusdem ferme generis est Helena sydus, circa malum navis, quod cadens etiam aenea vasa colligat, certus submerisionis nuncijs.* Nam solum in gravibus existit tempestatibus, nec nisi crassissimo spiritu, & magna ventorum vi, vapor ille cogi potest in navi & ardere simul; unde etiam imminem nunciat perniciem.

CAPUT IV.

DE IGNE LAMBENTE.

Ignis lambens ex subtili & pingui exhalatione oritur, & animalium pilis ac vestibus adhærescit, imo calidioris si fuerit temperamenti, ex sudoribus illorum accen-